



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

Conclusio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

que honorare, ac venerari valeam, vt causam habeat, cur mei sollicitam curam agere, atque à naufragio spirituali tutari ac præseruare cupiat. Amen.

CONCLUSIO.

HActenus, Anima Christiana, summatim & velut in transcurso declaravi, eximias B. Virginis **MARIAE** stellæ tuæ prærogatiuas. Explicui præterea petitiones in hymno *Aue maris stella* comprehensas: & simul demonstraui pericula spiritualia maris illius quod nauigas: & eodem studio, propria media, quibus illa euitari possint, præscripsi. Si omnia legisti, & cum attentione, & desiderio ad portum salutis perueniendi, tecum expendisti fieri non potest, quin magnam inde vtilitatem & fru

M 2 etum

STELLA.

ctum perceperis, maximè si in
hymni termino, voluntatem
tuam DEO, cum proposito nun-
quam eam repetendi, consecra-
sti: nam hæc oblatio sine dona-
tio, est magnæ cuiusdam perfe-
ctionis actus, per quem DEVS
plurimum honoratur, & anima
de omnibus periculis maris hu-
ius mundi eximitur. Voluntas
hominis quamdiu in DEI ma-
nibus est, nulli peccato consen-
tire potest. Quomodo vero sue
propriæ directioni relinquitur,
persæpe fallitur, & in multa sa-
lutis discrimina corruit. Hæce-
nim facultas est cæca, & ad ma-
lum quam bonum propensior,
vti habere literæ suffragantur.
Est itidem infirma & malè sa-
na, atq; idcirco cupidior earum
rerum quæ in fœlicitatem suam
possint aggrauare, quam earum
quæ possint releuare.

Genes. 3

In tractatus huius ingressu
monui,

monui, à tribus te potissimum
 hostibus oppugnari: Mundo,
 Diabolo, & carnæ. Hi te conti-
 nuò infestant, hi suggerunt tibi
 turbulenta & inordinata ap-
 paritiones Superbiæ, Auaritiæ,
 Gulæ, Luxuriæ, Inuidiæ, Iræ &
 Acediæ. Sed quantumuis infestent,
 quantumuis violentiam adhi-
 beant, nihil efficere per vale-
 bunt, nisi tu spontanea volun-
 tate tua conspires cum eis. Peri-
 cula etiam & discrimina maris
 huius mundi nemini documē-
 tum adferunt, nisi his qui illa
 diligunt, & sua propria volun-
 tate, ac affectione inordinata ead-
 em quærunt. Malum non est
 malum, vt is. Augustinus docet:
 Sicut peccatum non est peccatū
 nisi fuerit voluntarium hoc est
 nisi ex vnicuiusque libera volū-
 tate processerit. Tolle propri-
 am voluntatem inquit S. Ber-
 nardus, & non erit infernus. Lu-

*S. August.
 de Genesi
 ad tit. ca. 5.*

*Luc. 16.**Matt. 27.**Ose. 13.**Eccles. 3.**Eccles. 18.*

cifer nunquam in sempiternas tenebras corruisset, si propriæ voluntati atque inordinato appetitui propriæ excellentiæ morem non gessisset. Diues non arderet in flammis inferni: nisi suaptæ spontè gulæ ac ventri feruisset. Iudas æternis inferorû supplicijs non torqueretur, si pecuniam inordinatè non adamasset. Et ne multis, damnati æternæ damnationis sententiam non accepissent, nisi spontanea ac libera voluntate illa, quæ ipsis huius damnationis causa sunt, amplexati fuissent. *Perditio tua ex te Israel* dicit DEVS. & Sapiens. *Qui amat periculum peribit in illo.* Et idem alibi ait: *Post concupiscentias tuas non eas & à voluntate tua auertere. Si praestes animæ tuæ concupiscentias eius faciet te in gaudium inimicis tuis.* Beatam ergo & ter scelicè illam animã quæ volûtati suæ renunciâs, nihil agit, aut agere de-

fide-

siderat, nec cogitat quidē, quod aliquo modo contrariū aut repugnans sit legibus aut ordinatiōni diuinæ, aut iussis superiorū suorū, qui vices Dei circa eā agūt.

Profecto talis anima tuta erit ac præseruabitur ab omnibus periculis & incommodis, atque in portum salutis, virtutum ornamentis decorata, & meritorū amplissimorum thesauris locupletata inuehetur. Quapropter, Anima Christiana, consulo tibi vt Deo tuam propriam voluntatem sacrifices, atque si forsitan id iam fecisti, hoc propositum sæpe renoues & confirmes. Sacrifices, inquam, tali sacrificio, quod holocaustū appellāt quod totū Deo offerebatur & cōsumebatur, ita vt nihil de illo superesset nihil de illo supersit. Hoc idcirco moneo, ne temetipsū forsità, vt plures alij, tuo malo decipias. Sunt enim nonnulli qui Christi fidē aut Religionē monasticam

amplectentes, suæ vt inquit
voluntati renuuciant illum que
DEO largiuntur & consecrant,
sed posteaquam ad rem ventum
fuerit suo se potissimum ducta
gubernant, & moderantur, &
non nisi tentè admodum ad di-
uinæ voluntatis imperium sese
accommodant, imo conuersio-
nem suam vsq; in horam mor-
tis protrahunt. Alij ne à diuina
voluntate discedere videantur,
alijs persuadere nituntur, om-
nia quæ facere desiderant, diui-
næ voluntati conformia esse. Et
sub hoc prætextu DEVM in-
stanter ipsos edocent. Si autem
eius executio ab hominibus de-
pendet: tam diu illos precibus
fatigunt, nec prius ab hac impor-
tunitate desistunt, quam id quod
cupiunt consequuntur. Impe-
trata permissione tanto cum ar-
dore eadem aggrediuntur vt et-
iam aliarum rerum ad quæ ma-
ximè

xim iuxta vocationem suam
 obligati sunt obliuiscantur, at-
 que in hoc sibi mirum in modū
 placent languum sint verè obe-
 dientes. Sed magno in errore
 versantur, nam vt D. Bernard.
 ait, hoc non est obedire, sed fa-
 cere vt alij sibi obediant. Quod
 non est virtutis obedientiæ, sed
 velam emum malitiæ. DEVS
 autem Anima fidelis, ab his de-
 ceptionibus te custodiat. Illi,
 qui cum DEI & superiorū suo-
 rum voluntatem sequi deberēt,
 efficiunt vt alij potius ipsorum
 voluntati morem gerant, in ex-
 tremo iudicij die vocem illam
 tristem audient, *Nescio vos,* & lā-
 guum inobediētes à sanctorum
 conforrio repellentur. Qui etiā
 emendationem suam de die in
 diem vsque ad horam mortis
 prorogant, æternæ perditionis
 periculo se exponunt. Non e-
 quidem affirmo pœnitentiam
 illi

S Bernard.
Serm. de
tribus. Ec-
cles. ordinis

*S. Aug. lib.**S. Hom.**Et m. 45.*

illis qui ad DEVM adhuc conuertuntur, quamdiu anima in corpore est, nihil prodesse: Sed cum S. Augustino assero certum non esse quod illi qui conuersionem suam vsque in diem mortis extrahunt, securi hinc exeant. Et quamuis ita esset quod perceptis Sacramentis, nihil amplius illis timendum foret, quis fidem dedit, futurum vt ea quomodo, & quando velint suscipiant, & ne sine illis hinc emigrent. Quam multos cum seculares tum religiosos cernimus indies, improuisa & subitanea morte ex hac vita tolli.

Quamobrem anima fidelis in timore mortis permane, ne quando ex improuiso te adoriatur: Oppone te hostibus tuis: resiste Diabolo: fuge de medio Babylonis huius mundi, mortifica cupiditates carnis tue, & ne vana gloria, auaritia, luxuria,

ria,

ria, cæteraque vitia tui dominentur, atque voluntatem & affectionem tuam post se captivam trahant, considera sepe numero ingentia mala, quorum causa sunt partim in hac, partim in altera vita. Quod si te nimis importunè aggrediuntur & molestant, respice stellam maris B. Virginem **MARIAM**: virtutes illius imitare, atque auxilium eius implora, quemadmodum superius declaratum est, & Spiritus sanctus apertius tibi declarabit. Sic agendo pericula & damna maris huius mundi euades, & tandem ad felicissimum salutis portum appelles, ubi sponsus tuus **IESVS** te præstolatur, & vocat, ut te felicitate ac gaudio nullis unquam sæculis terminando compleat.

FINIS.

**LAVS DEO VIRGINIQUE
MATRI.**